



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Schefferi Argentoratensis De Re Vehiculari Veterum Libri Duo


Scheffer, Johannes

Francofurti, 1671

Ad Virum Nobilissimum & Amplissimum Joannem Schefferum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13156**

men decus hoc manebit, spero, quod rem hactenus  
sine caussa neglectam ingeniorum doctiorum ma-  
gisque perspicacium sedulitati ac industriæ com-  
mendaverimus. Qui vel ob hoc ipsum premere  
diutius promissum pridem hunc laborem nostrum  
non debuimus, & quia videmus in incerto esse o-  
mnia humana, corpusculique nostri imbecillitates  
quotidie ingravescentes vitæ spem suppeditare  
haud profecto longam. Vale, studiisque nostris fave,



Ad

*Virum Nobilissimum & Amplissimum*

**JOANNEM SCHEFFERUM**

Jur. Nat. & Gent. in Ac. Upsaliensi Pro-  
fessorem celeberrimum.

Post Commentarios de Re Navali, Rem Vehicula-  
riam illustrantem.

**D**um tibi curvata compingitur abiete navis,  
Et reparat priscas pagina docta rates,  
Adversæq; Tibi decertant praelia classes,  
Nascitur è vasto gloria prima mari:  
Dum Tibi nunc agilis campos rota corripit omnes,  
Terra Tibi magnum sternit honoris iter,  
Et jam qua properant currus, qua navita tendit,  
Immensi pretium grande laboris habes.  
Qua patet orbis, abis, tibiq; omnia subjicis uni,  
Ingenioq; via est in via nulla tuo.  
Post mare, post terras, æther tibi restat, ad illum,  
Jam pennas fama sufficiente vola.

In